



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Prælati Regularis Duratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

suas Ecclesias & Cœmeteria, si Episcopi nolint, aut negligent. p. 6. sr. 6. ref. 22.

Prælati Regularis
*Regul. potest exhumare cada-
vera, & in alium locum eiusdem
Ecclesie transferre.*
51 Prælati Regularis ex privilegio Leonis X. potest exhumare cadavera in suis Ecclesiis sepulta: & in alia loca eorundem Ecclesiarum de partium cōsentu transferre. Vide *verb. Regular. n. 14.*

52 Prælati Regularis ex privilegio Leonis X. ferre possunt censuram sine scripto, & solo verbo, ut habetur in Cōp. Min. *verb. Excommunicatio, §. 7.* Quod procedit, quando Prælati ferret censuram contra Religiosum particularem. Scilicet, quando hęc statuta sunt pro omnibus Fratribus Provinciae, vel Conventus. Ita Villalobos in *Manuali, cap. 12. n. 7.* Quavis Portelli *verb. Excommunicatio, n. 1.* dicit in secundo casum Prælatum excusari posse ignorantia, inadvertentia, & consuetudine præscripta. p. 5. sr. 9. ref. 73. Qua excusari existimo Prælatum, qui ferret censuram absque trina monitione. Nam de cætero non adest circa hoc aliquod privilegium. Quamvis Coracio in 3. p. sr. 5. disp. 5. dub. 2. doceat, Prælatum in præceptis eorum, quæ continentur in Regula, excommunicare posse, una, vel altera monitione præmissa. *part. 3. tract. 9. ref. 20.*

Sed non sine trina monitione

An Generales possint legere, & dare licentiam legendi libros prohibitos?

Et Conventus ad loca saniora transferre cum consensu Capituli

53 Generales Religionum ante Bullas Gregorii XV. & Urbani VIII. habebant privilegium legendi libros prohibitos, & hanc facultatem suis subditis concedendi. Vide *verb. Hæreticorum libri.*

54 Generales Religionum de consensu Capituli generalis mutare possunt Conventus de locis non sanctis ad saniores, sine licentia Episcopi, idque vigore privilegii concessi à Sixto V. Generali S. Benedicti. Quod etiam concesserat Sixtus IV. Nec obstat Tridentinum. Ipsum enim requirit licentiam Episcopi in nova fundacione, non in translatione. Ita Miranda *tom. 1. quest. 33. art. 2. p. 3. tractat. 2. resol. 136.* Non potest tamen promulgare Iubilæum pro suis subditis ante promulgationem Episcopi *par. 10. sr. 14. resol. 33.*

PRÆLATI REGVLARIS DURATIO.

P Prælati Regularis durante iuxta Prælati Regularis quædam Religio-
statuta. **D**uo hic solum notanda veniunt. Prælati Regularis
55 Primum est, Prælatos manuales, removeri
quædam Prælati non est electiva, ut possunt à
sunt Priores, Guardiani, &c. amoveri
posse ab officio ad superiorum arbitri-
um. Et si removeantur, non posse legiti-
mè conqueri: nam tales Prælati cen-
sentur manuales. Ita Riccius *tom. 4. resol. p. 0. not. 51. num. 4. & alii.* Quæ doctrina non
procedit in casu, quo contra aliquem
Prælatum penderet processus criminis.
Nam tunc non posset amoveri, nisi per
sententiam diffinitivam. Si enim mo-
veretur, iam id non imputaretur arbi-
trariæ Superioris potestati, sed poenæ
imputati delicti. Ita Lavorius *tit. 14. cap. 2. num. 23. & alii part. 3. tractat. 2. resolutione 117.*

56 Secundum Suarez *de Relig. tom. 4. An expe-
tractat. 8. lib. 2. cap. 7. num. 5* & alios mor-
dians Gen-
dicius defendere, quod expediat Gene-
rales Ordini
rales Religionum esse perpetuos. Ho-
niti esse per-
præcipue argumento, quod tempora-
nei certo quodam modo dependent à
subditis, absque iurisdictione possunt, & de-
primi, ex quo non paucum decreverit eo-
rum auctoritas. Sed hanc sententiam
non esse ita certam ait ex Societate Lay-
man *qq. can. cap. 17. q. 235.* Antonuccius
lib. 1. de Simon. priv. cap. 6. affirmat esse
rem utriusque disputabilem. Et Tambu-
rinus *disp. 23. quest. 3. n. 4.* utrumque benè
fieri, si utriusque incommoda propria
viteantur. *p. 3. sr. 2. ref. 124.*

PRÆLATI REGVLARIS Territorium, & requisita.

T Territorium Prælatorum Regu-
larium, etiam localium, erga regulari-
suos subditos est totus mundus: quia co-
ter est to-
rum eius mundus.